



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

34 Litigiosi malis artibus utuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

In alienatione autem res censualis cum suo onere transit, & dicta conditio contractui emphiteutico convenit, cum bona emphiteutica irrequisito domino alienans cadat à jure suo, glo. in l. fin. in verb. cadat, & ibi Bart. C. de jur. emphit. & Ias. in l. 2. n. 15. eod. tit. & contractus censualis in hoc est eiusdem naturæ, cuius est contractus emphiteuticus, sed tamen in pluribus differt.

32 Primò, quia obligatus ad annum perpetuum censum, si non soluerit per mille annos, non cadit à jure contractus constitutus ubi gl. in ver. juxta ratam. extra de relig. dom. Ias. in l. 2. num. 41. C. de jur. emphit. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de publ. & Covar. c. 7. num. 1. vers. nam. e. si. lib. 3. var. res. sol. emphiteura verò cessansolvere pensionem ecclesiæ biennio & privatis triennio, cadit à jure suo. c. ult. ext. de loca. l. 2. C. de sacr. san. Eccles. & Covar. eo. n. 1. vers. ex hac. verò.

33 Secundò, si emptor census, in alienatione prædii, super quo est census impositus, omnibus aliis emere volentibus est præferendus; prævia denunciatione vnius mensis & quidquid aliter senserit Navar. eo. com. de usur. n. 92. ubi inquit, quòd suâ sententiâ justè potuisset hæc conditio omitti; salva tanti viri auctoritate, meo iudicio dicta conditio maximam habet justiciam, & æquitatem, quoniam emens censum, vel sibi non bene consulit, aut vult esse certus qualitatis vendentis, quia, si est litigiosus, aut nihil aliud possidet, quàm prædium, quod censui supponere intendit, quòd aliis anterioribus creditoribus posset esse obligatum, aut aliàs sic tam

malæ conditionis, ut vix aliquis secum de emptione, aut venditione tractare velit, nam, qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus conditionis ejus, cum quo contrahit; l. qui cum alio. ff. de reg. jur. ne is, à quo quis emit censum, vendat prædium viro, quo mediante detrimentum patiat; jure merito omnibus aliis præferri debet, quia alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, & quidquid contra teneat Navar, poterit venditor census obligari ad denunciandum emptori census conditionem, quibus res censui supposita sit vendenda, & ad expectandum per mensem, dominumque census, omnibus aliis præferendum ad formam dictæ constitutionis. §. ubi autem arg. text. in l. non dubium. C. de leg. sed ex natura contractus emphiteutici regulariter non tenetur venditor ad denunciandum, & dominum directum præferendum.

34 Pluribus tamen modis in venditione prædii census suppositi potest creditor census detrimentum pati. Primò si vendatur personæ litigiosæ, aut aliàs malæ conditionis, cum litigiosi vel adulationibus animos Principum sibi concilient, vel detrahendo fratribus suis infamiæ notam ingerant, vel inter fratres discordiam seminando seditionem nunquã facere cessent, c. hoc habet: §. ecce quare: 46: dist.

35 Secundò, si vendatur pauperi, quia primò se ipsum, & familiam suam paternam sustinere tenetur. l. præses: C. de servit: & qui non habet, dare non potest. l. nemo plus juris: ff. de reg. jur: l. traditio: ff. de acq. rer. dom: c. nuper, §. nos autem: ext. de donat: inter vir: & vxor:

36 Tertio, si vendendo potentiori, quoniã